



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

De iteratione huius Sacramenti. C

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

*Iac. ult. cap.*

Hoc sacramentum vñtionis infirmorum ab apostolis institutum legitur. Ait n. Iacob<sup>9</sup>, infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros ecclesie, & orēt super eum, vngētes eum oleo in nomine Domini, & alleuiabit eum Dñs: & si in peccatis fuerit dimittentur ei. In quo ostenditur duplici ex causa sacramētum hoc institutum, scil. ad peccatorum remissionē, & ad corporalis infirmitatis alleuiationē. Vnde constat eum, qui hanc vñtionem fideliter deuoteq; percipit, & in corpore, & animā alleuiare: si tamen expedit, vt in vtroq; alleuietur. Quod si fortē corporis valetudinē illi habere non expedit, illam quę est animę, sanitatē in hoc sacramento acquirit. Et sicut in aliis sacramentis, ita & in isto aliud est sacramētum, aliud res sacramenti. Sacramentum est ipsa vñtio exterior: Res sacramenti, vñtio interior, quę peccatorum remissione, & virtutum ampliatione perficitur. Et si ex contemptu vel negligentia sacramētum hoc prætermittitur, periculosum est & damnabile.

*De iteratione huius sacramenti.*

*Aug. libr. 2.  
contra epist.  
Parmeniani,  
ca. 13. t. 7.*

Querunt aliqui Si hoc sacramentum iterari possit, cum baptismus & alia quædam sacramēta semel suscepta, non iterentur? Aug. dicit, sacramētum non iterandum, & sacramentum non faciendā esse initiariā, sed hoc dicit vbi agit de sacramento baptismi & cōfirmationis, & ordinationis. Vnde non videtur illud generaliter accipiendum, sed de sacramento baptismi, confirmationis & ordinationis, quæ nullaten<sup>9</sup> sunt repetēda: quia semel tantum, & non sæpius datur baptismus, cōfirmatio & ordinationis. Sacramētum vero altaris, & poenitentiz, & coniugii sæpē iterari videtur: quia sæpē sacramētū corporis percipitur, frequēter poenitentia agit, coniugium sæpē contrahitur. Quare ergo vñtio similiter non pōt iterari? Si morb<sup>9</sup> nō reuertitur, medicina nō iteretur. Si vero morb<sup>9</sup> non pōt cohiberi, quare

quare medicina debet prohiberi? Sicut oratio ite-  
rari potest ita & vnctio iterari posse videtur, vtra-  
que n. illic cōmemorat Iacob. & vtrumq; alteri co-  
operatur ad conferēdam alleuiationē corporis &  
animæ. Cur ergo negatur vnctionē super infirmū  
posse iterari, ad impetrandā sæpius sanitatē men-  
tis & corporis: cum propter infirmitatē eadē sæpè  
iteranda sit oratio? Quidam a. de omni sacramē-  
to intelligi volunt, q̄ non sit iterandum, sc. secun-  
dum totum illud q̄ pertinet ad sacramentum: di-  
centes quædā sacramenta sæpi⁹ posse suscipi, quæ-  
dā verò non. Nec tamē, quæ sæpius sumuntur, to-  
taliter iterantur: vt sacramenta altaris & vnctio-  
nis: quæ licet sumantur sæpius, tamē quia non ite-  
rum benedicuntur eadē hostia, vel idem oleum, non  
iteratur sacramētum cum iniuria. Sed dicit quis,  
sic & baptism⁹ non iteratur, etsi aliquis frequēter  
baptizetur, dum eadē aqua nō iterū benedicatur.  
Sed aliud est inquit illi, de benedictione aquæ  
qua fit baptismus, aliud de benedictione panis &  
olei. Potest ēt baptismus celebrari in aqua, etiam  
non benedicta: quia illa benedictio pro reuerētia  
tantū sit & decore, virtute sacramenti. Sed corpus  
Christi non pōt confici, nisi de pane cōsecrato: nec  
vnctio illa fieri potest, nisi de oleo ab Episc. conse-  
crato. Ideoq; illa sanctificatio ad virtutē sacramēti  
pertinere videtur: In cōiugio quoq; semel tantum  
benedicuntur quisq; non sæpi⁹. Benedicuntur n. vt ait  
Amb. cum prima & nō secunda vxore. Si ergo cum  
dicitur sacramētū non esse iterandū, nec iniuria  
ei esse facienda, rationē dicti referas ad sanctifica-  
tionē rei, qua sacramētū expletur: de omni sacra-  
mēto generaliter id verū est. Si vero ad susceptio-  
nē sacramenti, de quibusdā verū est, q̄ non iterā-  
tur crebra susceptione: de aliis vero quibusdā nō:  
quia frequēter sumuntur, vt hoc vnctionis sacra-  
mentum, q̄ in omni penē ecclesia sæpè repetitur.

*Am. ad illud  
1. Cor. 7.  
Beatior au-  
tem erit. to. 5*